

DE PLANET. INTER SE CONIUNCTIONIB.

d. ho. mi. se. | sig. gra. mi. sec. | sig. gra. mi. se. | sig. gra. mi. sec.
 ♃ Ia. 22 23 36 57 | 10 11 44 53 | 10 29 3 33 | 3 6 32 21

Ex quo autem oppositio hæc reperitur maior in diebus quam præ inuenta coniunctio, ideo Februario deputabitur, neutraq; eclipsalis ob causas supra recitatas.

Volo & inuestigare coniunctionem mediam occurrentem primo in diebus Octobris eiusdem anni. Eam igitur inuenio modo dudum exposito in tempore & motu, ut sequitur mensis præfati.

d. h. mi. se. |
 ♃ 0 23 51 23 | 6 19 9 19 | 0 7 30 7 | 5 27 14 18

Ex quo autem dictum latitudinis Lunæ argumentum obtines 5 sig. & plusquam 18 grad. alterum luminare eclipsari non esse impossibile. Cum autem in coniunctione non nisi Solem obumbrari contingit, quare in eadem coniunctione Solem deliquium passurum pertimescebatur propter locum ipsius congressus amborum luminarium ualde propinquum Caudæ draconis, super quo ulteriori indagine tabulæ consultantur eclipsium. Eritq; Embolismalis in diebus Octobris ex prærecitatis rationibus. Pro aspectibus autem Solis & Lunæ medijs: adde cuilibet coniunctioni mediæ, tempus & motus tui aspectus ex subannexa tabula, quodlibet suo generi, & proueniet tempus & motus tui aspectus.

Tabula aspectuum mediorum Solis & Lunæ.

		Tempus				Motus Solis				Arg. med. ☽						
		d	h	mi.	se.	sig.	gra.	mi.	se.	sig.	gra.	mi.	se.	G.		
Pro	* □ △	} sinistro	4	22	7	20	0	4	51	3	2	4	18	9	} distantia	* 60
			7	9	11	1	0	7	16	36	3	6	27	15		□ 90
	9	20	14	41	0	9	42	7	4	8	36	20	△ 120			
	19	16	29	22	0	19	24	15	8	17	12	40	△ 240			
	22	3	33	2	0	21	49	48	9	19	21	45	□ 270			
	* □ △	} dextro	24	14	36	42	0	24	15	20	10	21	30	50	* 300	

Planetarum inter se coniunctiones inuenire.

Propositio XXIII.



CONSIDERA diem coniunctioni optatæ uiciniorē per æstimationem rationabilem, secundum quod poteris perpendere ipsorum uera loca in meridie, & quære uera eorum loca ad meridiem eiusdem diei, quæ si conuenerint in sig. grad. minut. erit eodem tempore uera ipsorum coniunctio, quod si discordauerint in signis &c. auferatur minor de maiore, & reliquum erit longitudo qua distant inter se, quæ tamen illi ascribitur planetæ, cuius motus maior erat, quam serua ad partem. Deinde inquire motus eorundem ad meridiem diei immediate sequentis, & præcedentes de sequentibus abijce, & remanebit diurnus utriusq;. Considera quoq; utrum ambo sint directi, aut ambo retrogradi, uel unus eorum directus, & alter retrogradus. Si ambo directi aut retrogradi, tunc subtrahe diurnum tardioris de diurno uelocioris, & relinquatur superatio, quam serua. Reduc